

quatur? SEXTUM fundamentum est *Deus in testimonium Spiritus sancti internū*, *conscienc-*
qui in te adspirat & suspirat justitiam, *tia vo-*
& cum quo obsignatus es. Hic spiritus *cat o-*
sine intermissione cōscientiam tuam *mnes ad*
impellit, identidem te objurgans, pec- *Pænitē-*
cata tua ob oculos tibi constituens, ad *tiam.*
pœnitentiam te instigans, intus & in
corde te vocans, convincens te, nihil-
que nō faciens & satagens ut te à pec- *
catis abstineat & cōvertat. Cujus tan-
ta vis est, ut occultari nō possit. Quip-
pe hic Christi testis nunquam in te ta-
cet, cogerisq; illum int⁹ exaudire, ut-
cunq; aures obstruxeris. Quod si ani-
mum inducas nolle illum intelligere,
pati tamen & sentire ipsum cogeris.
Unde efficitur hoc internum testimoniū
adeo omni exceptione maj⁹, ad-
eoq; locuples, firmū, vivum & efficax
esse, ut nolens volens credere debeas
velle Deum te salvari. SEPTIMUM fun- * *Deus*
damentum sunt exempla peccatorum *omnes*
quos Deus ad se conversos in gratiam *peccator-*
recepit. Sane nō est inter homines qui fa- *res reci-*
ciat bonum; Rom. 3. neque solus David, *personā-*
Manasse, Petrus, Paulus, Maria Magda- *rum re-*
lena & Zacheus, sed nos omnes pecca-
tores sumus: quia omnes peccavimus, & *spectu.*